



sicut adam transgressi sunt paltum. ibi preua  
 reatus sunt in me. lxx. quia misericordia uolo  
 & non sacrificium scientiã di magis quã holoca  
 uita. Ipsi uero sunt sicut homo preterens testa  
 mentum. **Q**uod sequitur. In lxx. ibi contem  
 sit me galaad ciuitas. quae operatur uana &  
 reliqua sequenti capitulo coaptandum est. Non  
 quod posuimus. differamus. Dolaue eos in pro  
 phetis occidi in uerbis oris mei. graua cõmina  
 tus sum. ut misereretur penitentium. Ut lapsis  
 atque surgenibus porrigerem manum. neq;  
 enim in sacrificiis delector & uultum. & holo  
 caustorum multitudinem. Uiltime meae & ho  
 locausta. salus credentium. conuersio peccatorũ.  
 Ipsi autem imitati sunt adam. ut quod ille in  
 paradiso. paltum meũ legemq; præcõrens.  
 isti in terra facerent. & ibi hoc est in paradiso  
 omnes præuariatũ sunt in me in similitudine  
 præuariationis adam. Non enim mirum.  
 quod in parente præcessit. in filio condemne  
 tur. Cotidie dicitur & eos qui extra ecclesiam sunt.  
 & qui peccant in ecclesia cõmorantes prouocat  
 ad penitentia. & dicit eis. Misericordia uolo  
 & non sacrificium & scientiam di. plus quã holo  
 causta. Illi uero offerunt panem sacrilegum  
 & dant elemosinas. & sectari uidentur humilita  
 tem. Quae ergo si uere fiant. holo causta inter  
 preto. Cum autem scientiã di reliquerint.  
 frustra truncato capite fidei. cõtera membra  
 habere se lactant. Præuariatũ sunt enim  
 paltum di in ecclesia. sicut adam præuariatũ se.

in paradiso. & imitatores se antequam parentes osten  
 dunt. Ut quomodo ille de paradiso sic isti eiciantur  
 de ecclesia. **G**alaad ciuitas operantium idoli.  
 subplantata sanguine. & quasi fauces uirorum  
 latronum. siue uiri latrones. utrumque enim  
 legi potest. lxx. Ibi contem sit me galaad ciuitas  
 quae operatur uana. <sup>de conu. h. a. x.</sup> Quia & foetudo tua uiri  
 pirate. **L**egimus in ysaia galaad hunc tum  
 esse in regem hieu. Quis sanguinem sanguini  
 miscuit & ahab. subuestrit domum & ante solis  
 ostium aceruos capitum filiorum eius iussit statui.  
 In hac urbe trans iordanẽ in possessionem tribus  
 gad. idolum consecratum est. Quae habitabatur  
 a sacerdotibus. Nam & ipsa fugitiuorum ciui  
 tas fuit. Quanto igitur celebrior & maioris  
 auctoritatis. quia in parte sacerdotum fuerat  
 delegata. Tanto trans iordanem habitata ista  
 principum idolatriae. & malorum omnium fuit.  
 Ut qui primi peccauerunt. primi ab eis sicut  
 caperentur. & quõ ipsa prouincia plena est  
 latronum. Comparat eos latronibus.  
 ut quomodo illi uatoribus. sic sacerdotes. sim  
 plicitati populi insidiati sunt. Porro secun  
 dum tropologiam. **G**alaad inter  
 prexatur transmigratione testimonii. & contem  
 nit dñm dum testimonia scripturarum ad per  
 uersã deprauat dogmata. & omnia opera illius  
 uana sunt. Conturbatq; ecclesiae aquas. & de  
 puris simis fontibus cõnosos & sordidos riuos  
 facit. Qui maculent. potius quã mundent  
 baptizatos. Omnisque foetudo huius urbis